



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

30. Aprilis. Quidquid sine voluntate, aut consensu animæ moderatoris fit, vanæ gloriæ deputabitur, non mercedi. S. Ignat. in Epist. de obed.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

experiuntur. Misera felicitas ! quæ mentate
futurorum amaram reddit omnem , qui hab
haberi potest, voluptatem. S

Æternitas sola est, quæ finem nescit, co virt
jus gaudia nemo tollet à nobis. Quæ amo reus
rem nostrum merentur , æterna sint, nu aliu
lum reliqua operæ pretium faciunt. T

Quidquid deliciarum mundus habet mo
minimâ sui parte nos afficiunt : velenti statu
transiverunt, & hæc non recreant: vel ve do a
tura sunt, sed hæc incerta. Ita plus mæro
quàm voluptatis habet omnis voluptas.

30. Aprilis.

*Quidquid sine voluntate, aut consensu
ma moderatoris fit, vana gloriæ deputa
bitur, non mercedi. S. Ignat. in Epist. c.
obed.*

Nemo sibi satis sapit; ut oculus, etiam neg
perspicax alios, non seipsum, vide imp
ita prudentia etiam insignis aliis, non fib que
sufficit. Qui alios novit regere, sui regim erro
committat aliis, est necesse.

Voluntas propria fermentum est, quo Præ
operi etiam bono admixtum totum infici tis p
Tantò plus valoris accedit actioni, qua ria.
tò hæc magis recedit à propria volun con
tate

rate. Quidquid hæc suaserit, suspectum
habe.

Subtilis est amor proprius, excidium
virtuti per cuniculos parat, te Judice tamen
reus non agetur, evadet supplicium, ad
aliud deferendus est tribunal.

Tu de aliis, alii de te judicent. Tunc re-
motior futurus à periculo, si de te, sine te
statuant. Nemo sibi medetur ipsi, Ægritu-
do animæ difficilior est, quàm corporis.

I. Maji.

*In ferendo de legendis rebus judicio, haren-
dum non est in furo, quem præferunt, sed
prospiciendum, quò desinant. S. Ignat.
apud Nolar.*

Errant, qui non à fine incipiunt. Exi-
tium citiùs, quàm exitum allatura sunt
negotia, quæ sine matura deliberatione ex
impetu sunt inchoata. Hæc quidem ubi-
que, in salutis tamen negotio, ubi æternus
error est, maximè necessaria.

Qui timet pericula, non peribit in illis.
Præstat etiam tuta timere, quàm de incer-
tis præsumere. Audacia infelix est consilia-
ria. Melior est dubius eventus cum maturo
consilio, quàm felix cum temeritate.